



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Evsebivs || De Euangelica pr[a]eparatione

Eusebius <Caesariensis>

[Augsburg], 1522

VD16 E 4299

Quod ligna & lapides adorandos Apollo co[n]sulebat Cap. xv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34477

Quid autem dicam, quod crudelissimis etiam Tytānibus sic adularis, ut summos uiros putare uidearis? Quid enim ais de Cypselo. Felix hic uir Cypselus eacida. Quomodo autem si Cypselus felix, Phalaridem, cuius ille similis fuit, beatū fuisse negabimus, imo ꝑo uideo quārōne Phalaris etiam tibi ac Ioui placuit. Sic enim ipsi quoque respondi. Apollo Iuppiterque pater uitam Phalaridi prorogauit, quia Caritona & Menalippum humanissime tractauit. Nam cum illos insidiantes sibi cepisset, patientiam quam dum torquerentur ostenderunt admiratus, dimisit.

Quod ligna & lapides adorandos Apollo consulebat.

CAPVT XV.

Methymnensibus autē perutile fore asseruisti, si ligneum Dionysi caput colerent. colunt enim certe Methymnenses ligneum Dionysi caput tibi hortanti persuasi, alij ꝑo lapideis, alij aneis, nonnulli aureis, multi argenteis simulachris sacrificant. Triginta deorum milia in terra esse censeat Hesiodus. Ego autem multo plures lapideos atque ligneos hominū creatores ac dominos esse uideo. Sed tibi o Appollo mirabile uisum est, quod ligneum humani capitis simulachrum dum iactum traherent Methymnenses extraxerunt, colendumque illud diuinis honoribus esse respondi. O rem mirabilem, ex profundo maris ita repente retibus annexum Dionysi caput profiluit. Hęc Oenomaus,

EVSEBII Phamphili Liber Sextus.



Vnc in hoc sexto euangelicæ præparationis uoluntate falsitatem oraculorum a falsa de fati opinione profuxisse, neque aliunde quam celestium motu corporum diuinationem illorum coniectura colligam etiam fuisse ostendemus.

Quod quæcunq; dii gentium præuidebant celestium motu præuidebant.

CAPVT .I.

Adit ergo rursus magnus apud gentes Porphyrius, qui in libro de oraculis manifeste hoc his uerbis aperit. Quæcunque inquit dii fatata prædicunt, Stellarum motus

tus